



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 87. Octo Cardinales a Sixto V. Papa creati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.
A.C. 1586. ris arbitrium acceptare compulsæ fuerunt. Ceterum Neugebaverus descripta hujus Regis morte Historiam suam de Poloniæ Regno absolverat.

§. LXXXVII.

Octo Cardinales a Sixto V. Papa creati.

Ciac. tom. 4.
pag. 161. Hoc item anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo sexto Sixtus V. Papa tertia jam vice octo Præsules Romana Purpura decorabat, atque inter eos quinque Presbyteros, tresque Diaconos creabat, ex quibus primus erat Hieronymus de Rouvere Pedemontanus Taurinensis Archiepiscopus multis Legationibus oppido clarus, qui Presbyter titulo sancti Petri ad Vincula nominabatur. II. Philippus Lenoncurtius natione Gallus primo Episcopus Catalaunensis, postea Antiodorensis Præsul, ac demum Rheimensis Archiepiscopus, pariterque Ordinis sancti Spiritus Eques, ac Cardinalis Presbyter tit. sancti Onuphrii. III. Hieronymus Bernerius Longobardus, ac Theologus ex Ordine Fratrum Prædicatorum, postea Asculanus Episcopus, ac Cardinalis Presbyter primo tituli sancti Thomæ, dein vero sanctæ Mariæ supra Minervam, & demum sancti Laurentii in Lucina, atque Portuensis

tuensis Episcopus. IV. Antonius Ma-
 ria Gallus patria Pisanus, Perusinus
 Antistes, postea Auximanus Episco-
 pus, ac denique Presbyter Cardinalis
 tit. sanctæ Agnetis, & paulo post sanctæ
 Praxedis, Ostiensis Episcopus, sacri-
 que Collegii Decanus. V. Constanti-
 nus Buccofocius Sarni in Piceno na-
 tus ex ordine Fratrum Minorum Con-
 ventualium Theologus, Presbyter Car-
 dinalis tit. S. Vitalis, Vercellensis Epi-
 scopus. VI. Hieronymus Matthæi Ro-
 manus, Cardinalis Diaconus titulo
 sancti Adriani, dein Presbyter tit. sancti
 Pancratii. VII. Benedictus Justinia-
 nus Genuensis, Cardinalis Diaconus
 tit. sancti Georgii in Valabro, postea
 Episcopus Portuensis. VIII. Ascanius
 Columna Romanus, Cardinalis tit.
 sanctæ Mariæ in Cosmedin, postea sancti
 Nicolai in carcere, ac demum Pres-
 byter titulo sanctæ Pudentianæ, &
 sanctæ Crucis in Jerusalem.

§. LXXXVIII.

*Congregationes Romæ a Papa aut
emendatæ, aut stabilitæ.*

Idem quoque Pontifex hoc anno quæ-
 dam edidit diplomata, quibus Car-
 dinalium Congregationes a suis Præde-
 cessoribus Romæ jamjam stabilitas aut
 emendabat, aut saltem immutabat; præ-

*Onuphr. in
 vit. Sixti V.
 Joan. Bapt.
 Luc. Card.
 relat. Curie
 Rom.*